



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Vniones & alia pertinentia ad parochiales Ecclesias Monasterij, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

- IOANNES II. cognom. *Segeſchmid* diligens fuit paterfamilias: regimēte-  
nens an. Refectōrium & dormitorium cū habitatiōib. fratrum conſtruxit  
vitaque exceſſit an. 1430.
- GEORGIVS ex Præpoſitis primus baculo & infula inſignis, præfuit vtiliſſime  
Monafterio annis 40. conſtruxit chorū, turrim, prælati habitatiōnem,  
cum aliis ædificiis pluribus. omnium marore vivere deſit an. 1472.
- PETRVS *Teuſcher*, de nouo ædificauit Eccleſiam, erga fratres pius, & in ſubdi-  
tos mitis per annos 8. quib. tranſactis obiit anno Chriſti 1478.
- IOHANNES III. dictus *Meffeſchmid* Hoſpitale ſtruxit & multa alia: plenuſque  
dierum ac deuotus pater reſignauit an. 1498, ac an. 1506. obiit.
- HIERONYMV S *Hueber*, annuentibus fratribus ab *Alberto* Duce ex Monaste-  
rio *Ror* euocatus, regula diligens obſeruator, præpoſituram tenuit an. 17.  
& ad meliorem vitam migravit an. ſalutis 1515.
- VRBANVS *Koberle* procurator Monafterij fuit ann. 13. dein Canonice  
de gremio Conuentus electus: vir pius & ſingulari modeſtia præditus,  
cum prælaturam geſiſſet per annos 23. è viuſ exceſſit an. 1538.
- WILHELMVS *Vend* per annos 22. procuratorem agens in Præpoſitum eli-  
gitur: vir Monafterio vtilis per annos 20. diem ſupremum obiit ann. 1558.  
die 6. Nouemb.
- VRBANVS II. dictus *Schvvaiger* elect. die X. Decemb. ann. 1558. ædes paro-  
chiales in *Niderbouen* & *Staindorff*, cum nouo piſcinarum tecto; Bibliotheca.  
quoque de nouo extruxit, & librorum copia ornauit.
- WOLFGANGVS *Peyghouer*, ob vitæ innocentiam, pietatem erga Deum,  
morum integritatem, prædeceſſori ſuo ſubrogatus, cum præfuſſet annis  
30. optimus pater, & laudabilis inſtituti ſui obſeruantiſſimus moritur æ-  
xagenario maior.
- GEORGIVS II. *Sieſmayr* cognomine, die ſeptima Nouemb. anno 1611. ſuffi-  
citur nunquam ſatis laudato anteceſſori ſuo, cuius veſtigiiſ haud inſiſtens  
præpoſitura abiit an. 1619.
- IOANNES Chryſoſtomus tempore & rebus Monafterij ſic poſtulantibus ac-  
cedente tam ordinarii quam Serreniſi, Principis *Boiorum* auctoritate & cō-  
ſenſu, ex Monafterio *Polling* aſſumitur in Præpoſitum.

Vniones & alia pertinentia ad parochiales  
Eccleſias Monafterij, &c.

**B**eatiffime Pater, dudum ſe:re: *Paulo* Papa. ſecundo prædeceſſori veſtræ ſan-  
ctitatis pro parte tum Præpoſiti & Conuentus Monafterij *B. Mariæ* in *Raitten-  
buch* per Præpoſitum ſoliti gubernari, ordinis *Sancti Auguſtini Friſingen:* Dio-  
ceſis expoſito, quod ante Centum & quinquaginta annos tunc elapſos, *Gref-  
ſingen, Awpach, Svviſtingen, & Mulbauſen, Luğuſten.* & prædictæ Dioceſis paro-  
chiales Eccleſiæ, dicto Monafterio auctoritate Apoſtolica vnita & incorporata  
extiterant, & inter alia Præpoſito & Conuentui Monafterij huiusmodi conceſſū  
fuerat, quod pro eorum & ipſius Monafterij ac pauperum Chriſti ad illud quod  
in via publica ſitū erat cōfluentiū ſuſtentatione & diuinorū cōtinuatione dictæ  
Eccleſ. quotiēs illas vacare contigeret p. Canonicos duntaxat eiufdē Monafterij  
per ipſum Præpoſitum deputandōs, & ad illius nutum ad clauſtrū reuocandōs  
regi deberent, quodq; licet ipſi Præpoſitus & Conuentus ab eo tempore citra  
fuſſent, prout erant in pacifica poſſeſſione Eccleſiarū vnitarum earundem vi-  
gore vnionis & incorporationis huiusmodi, q̄ ſuum plenarium effectū ſortitæ  
fuerant

fuert, quia tamen propter Canonicoſū ipſius Monafterij ad curā animarum parochianorū huiusmodi exercendā habitum carentiam ipſius Monafterij Præpoſitus qui pro tempore fuerat diſtas vnitas Eccleſias preſbyteris ſecularibus, vel vicariis aliquando ad nutum remouendis, quandoq; vero pro perpetuis Vicariis cōmiferat, ſiue in eis vicarios deputauerat præfati Præpoſitus & Conuentus dubitabant per non uſum continuū literarum Apoſtolicarū eis ſuper dicto indulto cōceſſarum indultum ipſum interruptum ſiue illi derogatū fuiſſe; præfatus *Paulus* prædeceſſor Abbati Monafterij in *Staingaden Præmonſtratenſis* ordinis *Auguſt.* Diocēſ. eius proprio nomine nō expreſſo per ſuas literas dedit in mandatū, vt ſi & poſtquā ſibi de præmiſſis legitime conſtaret Auctoritate Apoſtol. decerneret propter gubernationē dictarū Eccleſiarum per preſbyteros ſeculares cauſa neceſſitatis vt præmittitur factam literis & indulto huiusmodi nequaquam fuiſſe & eſſe præiudicatum, & ſi decretum huiusmodi per eum fieri contingeret Præpoſito & Conuentui prædictis: q; ſicut eatenus Eccleſias prædictas etiā per preſbyteros ſeculares vel alios religioſos perpetuos vel temporales regi & gubernari fecerant, ita & in futurum tempore neceſſitatis abſq; alicuius præiudicio regi & gubernari facere libere & licite poſſent, eadem Auctoritate concederent. Et deinde *Caspar* Abbas dicti Monafterij in *Staingaden* ad dictarum literarum executionem rite procedens, q; ſibi de præmiſſis eidem *Paulo* prædeceſſori expoſitis legitime conſultit, dicta Auctoritate decreuit propter gubernationem dictarum Eccleſiarum per preſbyteros ſeculares cauſa neceſſitatis vt præmittitur factā literis & indulto huiusmodi nequaquam fuiſſe & eſſe præiudicatum, ac Præpoſito & Conuentui præfatis quod ſicut eatenus Eccleſias prædictas etiā per preſbyteros ſeculares vel alios Religioſos perpetuos vel temporales regi & gubernari fecerant, ita & in futurū tempore neceſſitatis abſq; alicuius præiudicio regi & gubernari facere libere & licite poſſent eadem Auctoritate conceſſit, prout in literis prædictis plenius continetur ac proceſſibus illarum vigore habitis: dicitur contineri, Vt igitur Pater ſanctæ decretum & conceſſio prædicta maioris roboris firmitatē obtineant, ſupplicent humiliter S. V. Præpoſitus & Conuentus præfati quibus & conceſſionem prædictam, ac prout illa concernunt omnia & ſingula in eiſdē proceſſibus contenta dicta Auctoritate approbare & confirmare ac ipſius firmitatis robur obtinere, decernere, omneſq; & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplere dignemini, de gratia ſpeciali non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac ſtatutis, &c. cæteriſq; contrariis quibuscunq; cum clauſulis oportunit.

Conceſſum vt petatum in præſentia Domini Papæ à Card. S. *Anaſtaſia.*

Et cum decreto & ſuppletionē prædictis & in forma gratioſa ad perpetuam rei memoriam attento quod Apoſtolica Auctoritate eſt proceſſum & cum abſolutione ad effectum, &c. Et quod maior & verior petitio præmiſſorum & aliorum maiorum fieri poſſit in confeſſione literarum, & cum deputatione executorū qui præmiſſa faciant obſeruari. Contradiſtores, &c.

Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* pridie Calendas *Septembris*

Anno primo:

B. B. Maſſ. pro Reuerendiſſimo d' verum M. Cal. Libro primo fol.

CC. XXVII.